Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



communibus manibus id est non lotis
manducare panes vituperauerunt
pharisei eum et omnis iudei nisi cre
bro manus laauerint non manducant
tenentes traditiones seniorum et a foro
nisi baptizauerint non comedunt Et
alia multa sunt que tradita sunt illi
seruare baptismata calicum et ur
ceorum et eramentorum et lectorum Et
interrogauerunt eum pharisei et scribe
quare discipuli tui non ambulant
iuxta traditiones seniorum sed cum communibus
manibus manducant panem At ille re
spondens dixit eis Bene vaticinauit
ysaias de vobis ypocritis sicut scri
ptum est populus hic labiis me hono
rat cor autem longe est a me Sine causa
autem me colunt docentes doctrinas et
precepta hominum Relinquentes enim ma
datum dei tenetis traditiones hominum

Dominica xxiiij. officium Si iniquitates ob. c. ben.

Absolue quesumus domine Coll. per tu
tuorum delicta populorum et a peccatorum
nostrorum nexibus quos pro nostra fragili
tate contraximus tua benignitate
liberamur. per dominum Ad colossenses.

Fratres. Non cessamus pro vobis
orantes et postulantes ut
impleamini agnitione voluntatis
dei in omni sapientia et intellectu
spiritali. ut ambuletis digne deo
per omnia placentes in omni opere bono
fructificantes et crescentes in scien
tia dei in qui iuuate confortati sed in
potentia claritatis eius in omni
patientia et longanimitate cum gau
dio gratias agentes deo patri qui dig
nos nos fecit in parte sortis sancto
rum in lumine qui eripuit nos de pote
statate tenebrarum et transtulit in regnum
filii dilectionis sue in quo habe
mus redemptionem et remissionem
peccatorum per dominum nostrum.

Dominica xxiiij. Ad turbas. cum princeps unus accessit et adorabat eum dicens domine. filia
mea modo defuncta est: sed uenie
et impone manum super eam et vi
uet Et surgens iesus sequebatur
eum et discipuli eius Et ecce mulier que
sanguis fluxum patiebatur duodecim
annis accessit retro et tetigit fim
briam uestimenti eius Dicebat enim
intra se. Si tetigero tantum uestimen
tum eius salua ero At iesus conuersus
et videns eam dixit Confide filia
fides tua saluam te fecit et salua fa
cta est mulier illa hora. Secreta Quam
diuine clementiam petimus ut has ob
lationes tibi exhibitas benignus
accipias. ut nobis affectum munda
mur in corpore et a prauis cogita
tionibus mundemur in mente per eundem
Postcommunio Gregem tuum qs domine pastor bone